



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Corpus Doctrinae Christianae**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1572**

**VD16 M 2890**

II. Qvomodo Placent bona opera Deo?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36094**

imper inde usque ab Adam sonare uoluit, ut arguat peccatum, & amaret, quæ opera & qui cultus Deo placeant, ut regnantur corda uerbo Dei in fide & operibus, iuxta dictum: Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Et in cap. 15. Numeri: Non sequantur cogitationes tuas, & oculos meretricios, sed memores præceptorum Domini facite, & sint sancti Deo: Ego Dominus Deus uester, qui eduxi uos de terra Aegypti. Et cum Ioannes inquit: Peccatum est, quicquid contrarium est legi, uult sciri, normam esse operum legem Dei. Et hanc addit: Qui facit peccatum ex Diabolo est. 1. Cor. 6. Scortatores, idololatæ, adulteri, &c. regnum Dei non possidebunt.

EXECRANDI sunt igitur *ἀσέβητοι*, qui nolunt doceri legem moralem in Ecclesia, & fingunt omnes suos impetus esse motus Spiritus sancti, & nolunt gubernari lege Dei. Hæc deliramenta Antinomorum sunt horridi furoris Diabolici, quales fuerunt olim similitudinum sectarum multarum, aduersus quos muniamus nos uerbo Dei: In præceptis meis ambulate. Item: Pater sanctifica eos in ueritate, sermo tuus est ueritas. Petamus etiam ardentibus uotis, ut ipse filius Dei gubernet nos, ne contagijs errorum polluamur, sicut precatur propheta: Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me.

II. QVOMODO PLACENT  
bona opera Deo?

RESPONDEO. Placent in conuersis ad Deum hoc modo. PRIMVM necesse est credere, quod persona sit reconciliata Deo propter Christum gratis, fide, non propter dignitatem nostram. SECUNDO sciendum est, nos non satisfacere legi, sed hæere in nobis multa interiora peccata, dubitationes & malas inclinationes, peccata ignorantie & omissionis. Et deploranda est nostra immundities, & repugnandum dubitationibus & effectibus. TERTIO sciendum est, tamen oportere in nobis esse incoactam obædientiam iuxta præcepta Dei, & hanc Deo placere in reconciliatis propter mediatorem, sicut dictum est: Offerite Deo hostias spirituales, placentes Deo propter Iesum Christum.

III. MANENT NE PECCATA  
in sanctis in hac uita?

RESPONDEO. Sunt & manent peccata in renatis in hac uita, uidelicet, non delicta contra conscientiam, sed interiora mala, multum caliginis & dubitationum, multæ ignorantie, omissiones, præteritæ inclinationes, & flammæ malorum affectuum, quibus tamen repugnant sancti Spiritu, retinentes timorem Dei, fidem & inuocationem, nec ruentes contra conscientiam, sed deplorantes nostram infirmitatem, ac petentes & credentes remissionem, iuxta dictum: Si